neficia.facit etiã qȯ no.in.c.et ſi que
ſtiones.ȯ ſimonia.adde etiã qȯ bar.
in.d.l.cū ſeruū.dicit ꝙ ratio illius le
gis eſt.q2 ꝑcutiens dabat operã rei li
cite.q2 licitū eſt dño ſeruuʒ ꝑcutere.
Sed pone ꝙ aliq̃s volebat ꝑcutere
vnū quem nō licebat ꝑcutere:et per
cutit aliū dicit ipſe cogitabis. ange.
v̇o in.d.l.ſi cū ſeruū.dicit nota. iſtã
l.q̃ vult ꝙ qñ vnꝰaliū ꝑcutit non cō
petit ꝑcuſſio actio iniuriarū.q2 facit
qȯ offẽdẽtibꝰ mediatores rixe quos
nō credebat offẽdere.et ſubdit ange.
dubiū qȯ bar.indeciſum reliq̃d ipſe
met deciſit.in.l.reſpiciendū.§.delin/
quũt.ff.de pe.vbi in fi.dicit:ꝙ ſi vole
bã ſeium ꝑcutere et titiū ꝑcuſſi.ſi da
bam operã rei licite nō debeo puni/
ri:ſi autẽ rei licite ſecus.Sed ange.di
cit ꝙ iſta deciſio non eſt bona ꝑ nō.
in.l.ſcientiam.§.ſed ſi defendendi.ff.
ad.l.acquil.nam ibi dabat operam
rei licite.ſcilicet defenſioni.et tamen
percutiens punitur Unde dixit ipſe
ꝙ percutiens mediatorem rixe non
punitur iniuriarum vel.l.cornel.ſed
ꝑ motu iudicis ſi culpam commiſit
ſecus ſi nullum.et ita intelligit.d.l.ſi
cum ſeruo.Tu cōſidera ꝙ glo.in.d.
l.ſi cum ſeruo.vult ꝙ in caſu illiꝰ.l.
licet non teneatur actione iniuriarū
tamen tenetur.l.acquil. Et ita etiaʒ
poteſt intelligi dictum bar.ꝙ nō pu
niatur ratione iniuriarum que que/
rit dolum exquo dabat operam rei
licite.non tamen negat bar.ꝙ nō te
neatur.l.acquil.in qua ſufficit qualiſ
cunqʒ culpa.adde etiã predictis cō

tra intellectuʒ Franciſci.ti.in.l.ſi ex
ſenatus conſul.ff.ad.l.cornel.de ſic.
Et per illam dixit ibi ange.ꝙ offen
dens diuinam maieſtatem punitur.
l.cornel.Exquo infert ad illum qui
percutit imaginem dei vel ſanctorū:
vel ſcindentem imaginẽ dei ligneaʒ
prout dicit ſe vidiſſe de facto peruſii
Nam per illam.l.talis taliter delin/
quens tenetur.l.cornel.de ſicc.infert
tamen ꝙ illi tali ſcindẽti fuit ampu
tata manus et benemerito.quia po/
tuiſſet etiã grauius puniri pena mor
tis.quia ſi lex ibi poſita dixit impo/
nendo penaʒ capitis illis qui illa ſa
crificia offendebãt quãtomagis cō/
tra offendentem maieſtateʒ diuinã
et per hoc allegat quandaʒ extraua
gantem Frederici imperatoris:cuiꝰ
verba dicit ſe retuliſſe.in.l.quiſquis.
C.ad.l.iul.maieſta.vbi refert ꝙ ipſe
imperator edidit quandaʒ conſtitu
tionem contra reos leſe mageſta.di/
uine⁊ imperii.quam approbauit ec
cleſia.et eſt apud inquiſitores hereti
corum ſub bulla papali allegat etiã
quod dicitur in.c.ii.de offi.ordi.i.vi.
vbi in fine habetur de illis qui in cō
temptum dei proſternebant in terrã
imagines ſiue ſtatuas ſancte crucis.
beate virginis⁊ aliorū ſanctorū⁊ vr
ticis et ſpinis illos ſupponebant.ad
uerte tamen quia illi non faciebant
talia proprie in contemptum dei:ſʒ
ex aggrauatione ceſſatiōis a diuinis
vt ibi tex.qui dicit ꝙ ille abuſus re/
probatur.addit etiam ꝙ ſi quis ab/
raderit imaginem dei ⁊ beate marie

Blaſphemus

virginis vel alicuiꝰſancti:vel deſtrue
ret vel proiecerit in terram vl' aliquẽ
locum vbi talis imago eſſet,picta in
contemptum dei:ſiue diuini nomi/
nis.Nam contra talem cuiuſcunqʒ
preeminentie vl' gradus exiſteret de
beret eſſe vltio dura et ſeuera pena.
ita dicit ange.in.ix.colū.in ſua que/
ſtione que incipit refulgent delicia/
rum pallabio allegat.nota.in dicto
c.ſi canonici.adde etiam textum.in
l.ſacrilegii pena.in princi.ff.ad.l.iul'
pecu.vbi habetur ꝙ ille qui frangit:
vel ſpoliat publica ſacra.ideſt eccle
ſias conſacratas ad vſum fidelium
debet capite puniri.quia illi tales di
cuntur facto deuʒ blaſphemare.ad
de etiam textum.in.l.nemini licere.
C.nemini li.vbi habetur ꝙ ſignū ſã/
cte crucis non debet ſculpiri vel pin
gi in loco vbi poſſit pedibus concul
cari et contra faciens grauiter puni/
tur quia pena mortis vt inducit glo.
et per illum tex.clamat ibi ſaly. con
tra iſtos religioſos mẽdicantes. qui
permittunt ſuper lapidibꝰ ſepulcro
rum ſculpiri ſignū ſancte crucis.om
nia hec notantur per Jo.de anania
in.c.ſtatuimus.de male.in.x. et.xi.
columna.

Sed blaſphemator de iure com
muni punitur pena capitis. in aut.
vt non luxurietur contra naturam.
et ange.are.in tractatu de malefi. v̇.
verba iniurioſa.

Sed blaſphemia directe pertinet
ad contemptum dei.ſcd̄m ſanctuʒ
thomã ſcd̄a ſcd̄e.queſ.vii. ar.ii.et ſi
enim violator canonum et dogma/
tum dicitur blaſphemus et hereticꝰ.
vt.j.hereticus.multomagis qui fal/
ſum aſſerit de deo cuius donationeſ
editi ſunt et ſic dicetur hereticus ma
nifeſtus.

Item nota ꝙ idem eſt blaſphe/
mare ſanctos ſicut blaſphemare de/
um. Thomas vbi.ſ̈.ar.i.dicens ꝙ ſi
cut deus in ſanctis ſuis laudatur in
quantum laudantur opera que deꝰ
in ſanctis ſuis fecit.ita etiã blaſphe/
mia que fecit in ſanctos ex cōſequẽ/
tia in deum redundauit ſcd̄m eum.
Nam ſicut qui committit in conſili
arios principis:in ipſum principem
videtur cōmittere.quia pars corpo/
ris ipſiꝰ ſunt.vt in.l.quiſquis. C.ad
l.iul.maieſta.ſic a ſimili.ſancti cum
in ipſis manifeſtentur opera dei. vt
dictum eſt.

Sed nunc dicẽdum eſt quando
inquiſitores poſſint procedere con/
tra blaſphemos et quando non.Et
ſupra dictum eſt ꝙ inquiſitores nō
poſſunt intromittere ȯ blaſphemia:
niſi talis blaſphemia ſapiat hereſim
manifeſte.ꝙ hoc eſt verum niſi con
tra talem blaſphemum eſſet orta ſu
ſpitio hereſis.vt probatur ex.de he/
reticis.c.accuſatus.§.de quibꝰ. li.vi.
ideo Prouiſo ſolerter.
Et eſt ratio.quia inquiſitoribus ſo/
lummodo ſunt commiſſa ea que tã
gunt hereſim ſeu fidem. Unde ad
alia non poſſunt extendere manus
ſuas.Cum iura dicant ꝙ non com/

miſſa non attententur .vt.xxv .q.ii.
amputato.⁊ ſm ea que notãtur.i d.
c.accuſatꝰ.§.de q̄ſtionibꝰ.et .§. ſane.
ne talia poſſent ad hereſim trahi. vt
.j.dicetur de diuinatoribus.Et qua
liter intelligatur ꝙ in ſuſpectis de here
ſi inquiſitores poſſint cognoſcere de
blaſphemia tale punitur.exẽpluʒ vi
delicet cũ aliq̄s publicꝰ blaſphema/
tor dicit illud nõ eſſe peccatũ vel ni
hil dicit.ſed talis euitat conſortia fi
deliũ nunq̄ꝫ audit diuia officia nun
q̄ꝫ eccleſiaſtica recipit ſacramenta:
nec mandata eccleſie ſeruat.non ie/
iunat.non abſtinet ſe ab eſu carniũ
prout eccleſia precipit vel his ſimili
bus vel ea negligit:ſeu facit cõtra p̄
ceptum eccleſie.Et certe ex his ſimi
libus oritur ſuſpitio contra talẽ. vt
.j.detegitur.Et ex hoc poterit inqui
ſitor procedere contra talẽ. vt ex̃. de
hereticis.c.excõmunicamus.§.addi
cimus.de purga.cano.c.inter.vide d̃
hoc.j.ex quibus indiciis quis effici/
tur ſuſpectus.ſeu detegitur.et.j.cre/
dentes.et.j.an inq̄ſitor poſſit cogno
ſcere ꝯ exiſtentes in peccato mortali

Sed vlterius ꝓcedendo conſide
randũ eſt ꝙ ſi blaſphemi verba here
ticalia vomentes poſtq̄ꝫ fuerint per
iudices et in huiuſmodi deprehenſi
ſi in talibus verbis hereticalibus ve
lint ſtare et pertinaciter defenſare .vt
heretici ſunt habendi.et vt tales tra/
dendi curie ſeculari iuxta.c.ad abo
lendam.§.preſenti.ex̃ de hereticis .ſi
autem noluit permanere et ſtare in
talibus blaſphemiis et verbis ſʒ vo/
lunt ad arbitriũ inquiſitoris cũ effe/
ctu tales hereſes reuocare et ſatiſfa/
ctionem congruã exhibere.tales nõ
ſunt vt heretici iudicandi.iuxta dic/
tum.c.ad abolẽdam.ſed ſunt ad mi
ſericordiam admittendi.

Sed an tales blaſphemi debeãt
artari ad abiurandum hereſes ante
dictas.Et ſi abiurent:an abiurẽt tã
q̄ꝫ penitentes heretici.vl' tanq̄ꝫ ſuſpe
cti de hereſi.an tanq̄ꝫ vehementer vl'
leuiter ſuſpecti.Et ad predicta con
ſiderandum eſt ꝙ ſi proceſſus meri/
tis diligenter attentatis inueniantur
habuiſſe in mente eorum que ſunt ſi
dei errorem.ita ꝙ aliquando credi/
derunt hereſes mente quas protule/
runt ore tenentur illos errores abiu/
rare tanq̄ꝫ dep̄henſi in eis iuxta dic.
c.ad abolendam.taliter ꝙ ſi relabã/
tur pena relapſorum debita punien
tur iuxta.c.accuſatus.eo.ti.li.vi. Si
autem non inueniantur in hereſim
deprehenſi.ſed inueniãtur pluries et
frequenter in ludo⁊ ex̃ iudiciũ⁊ ad
leuem turbationis motum in tales
hereſes ꝓrumpiſſe.et nõ conſtat cla
re de mala credentia in mente tales
debent artari ad abiurandũ vt vehe
menter ſuſpecti.ꝓpter frequentiam
habituatam que ſuſpectos de here/
ſi vehementer illos redeunt iuxta.c.
accuſatus.in princi. **Ergo pro
uiſo ſolerter**.Si autem non
frequenter ſed rara:nec longo tẽpo
re.ſed pauco.et nõ extra ludũ: ſʒ in
ludo tantũ.tũc eo caſu videretur ꝙ



talis deberet abiurare vt leuiter ſuſ/
pecti.iuxta.c.accuſatꝰ.nec ꝓdeſt q̇c/
q̄ꝫ ꝙ ad accuſandum excuſationes i
peccatis ponitur a nõnullis qui ver
ba huiuſmodi hereticalia vomẽtes
mouentur ad proferendum ſola tur
batione et furia⁊ non aſſertione fir
ma et credentia.Et ideo ꝙ taliter ꝓ
fertur et aliter creditur tacite .Nam
furia et turbatio homini totalit nõ
excuſat.patet primo quia maior in
mente ſequitur cõmotio et turbatio
ex metu mortis.et turbatione corpo
ris proprii q̄ꝫ ex perditione vniꝰ obu
li ſeu denarii argenti vel auri. Nam
adorantes machometum idolũ ſeu
demonẽ metu mortis et crucidatio/
ne corporis ꝓprii.vel famis non ex/
cuſatur in foro interiori a pctõ. Un
de auguſ.de bono coniugali.et reci/
tatur.xxxii.q.iiii.ſicut.ſanctiꝰ eſt mo
ri fame q̄ꝫ veſci idolaticis.nec excu/
ſatur in foro exteriori ab idolatria⁊
apoſtaſia a fide.et per conſequẽs he
reſi.ſm ray.ti.d̃ apoſ.c.vii. **Ideo
prouiſo ſolerter** Et an me
tus mortis excuſet ꝓ fidei defenſiõe
et confeſſione.vide.j.metus.

Sed an blaſphemus ſit infidelis
vide.j.infidelis.

Sed blaſphemia eſt filia ire et fi
lia ſuperbie.de quo vide tho.ii.ii.q.
clviii.ar.vii.

Sʒ tũc blaſphemat v̇bũ dñi cũ
ꝯtẽpnit.xxiii.q.v.cũ apd̃.vel cum
xp̃i infamat euangeliũ.vt dicta.q.⁊
c.apud.

Sed blaſphemãtes exẽplo apo/
ſtoli ꝑ excõicationẽ ſathane debent
tradi.xxiii.q.iiii.qui peccat.

Sed blaſphemãtes deũ debẽt pe
nis debitis ſubiacere.vt in ti.de ado/
ratione.§.i.

Sʒ blaſphemãtes xp̃i baptiſmũ
per poteſtates terrenas ſunt punien
di.xxiii.q.iiii.quando.

Nota ꝙ blaſphemant ſpũmſan
ctum ſimoniaci.ſicut iudei xp̃m.di/
centes in berzebu.⁊c.in ti.de ſpiritu
ſancto.§.xxxii.

Nota ꝙ ſi quis blaſphemauerit i
in ſpũmſanctũ ꝙ non remittitur ei
nec in hoc ſeculo.nec i futuro.mat/
thei.xii.et.xx.v.diſ.qualis.et de peni
ten.diſ.i.§.poteſt ergo.in.c.iportuna

Sʒ blaſphemat ſpũſſanctꝰ ſi ali
quid ꝓterue agitur.aut loqui preſu/
mitur cõtra canones.aut facere vo/
lentibus ſponte cõſentit:tunc dicit
blaſphemari ſpũſſctũs.vt.xxiiii.q.iii
q̇ in eccleſia.et.xxv.q.i.violatores.

Sʒ de pnia iponẽda blaſphemã
tibꝰ.nota.in.c.fi.de maledic.

Sʒ q̄ pena ſit ſm ius ciuile ꝯ blaſ
phemãtes deũ.habet in aut.vt non
lux.ꝯ na.§.et qm̃.coll.ii.et de iur.ca
nonico habet.xxii.q.i.ſi quis per ca/
pillum.de maledic.c.i.et.ii.xxiii.q.v.
quid ergo.de hoc etiã de peni.diſ.iii
.§.auctoritas.in tex.et in glo.

Itẽ no.ꝙ blaſphemꝰ poteſt pu/
niri ꝑ iudicem ſecularem et eccleſia/
ſticum et eſt ſingulare dictum ab.in
c.ſtatuimꝰ.de male.vbi dicitur blaſ/
phemans punitur ꝑ iudicem eccleſi
aſticum et ſecularem⁊ ꝙ vna pena

poſita per vnum iudicem non impe
dit aliā imponendā ꝑ aliū.eo ꝙ iſtđ
delictū ē mixti fori.Et an hoc ſit tra
hendū in aliis delictis mixti fori.vi/
de ꝙ no.in.c.felicis.de penis.li.vi.ī
nouella.et facit qđ no.bar.in .l.i.ff.
vi bono.rap.Et no.ꝙ de iure cano.
imponit̃ pena pſonalis et pecūiaria
in foro iudiciali et penitētiali.vt i.d.
c.ſtatuimꝰ.de maledi.ex̃.et de iure ci
uili vltimū ſuppliciū.in aut̃.vt non
lux.ꝯtra natu.col̃.vi.et om̄es pene
poſſunt imponi.vt dicit dn̄s anto.đ
bu.in.d.c.ſtatuimꝰ.et hic fuit ſenſuſ
ray.vt patet in ſum.ꝯfeſ.eo.ti .q.xi.
et habetur ī ſuple.pena.i.§.viii.⁊ pe
na de iure canonico habet̃ etiā.xxii.
q.i.ſi quis ꝑ capillū .et.xxiii.q.v.q̊d
ergo.et de peni.diſ.iii.§.auctoritas.ī
textu et glo.

## Bona hereticorum

Nō
ſunt ſua ſed eccleſie.xxiii.q.vii.q̄cū/
qꝫ vos.et.c.quēadmodū.et.c.ſi đ re
bus.Ideo nō pn̄t ꝯqueri ꝙ ſibi au/
ferunt̃ bona cū a tꝑe cōmiſſi delicti
perdiderunt in eis dominiū.vt.ĩ.cō
fiſcatio.et ꝙ ſecuta ꝯdemnatione ꝑ
dant ꝙ ſuū nō erat.ſicut multi dicū
tur amittere qđ nunꝙ habuerūt.vt
v.q.vi.quia.xxiii.q.iiii.guiliſarius.et
xxiii.diſ.quorundam.et.xx.q.i.pene
xvii.diſ.ꝯcilia.xxvii.q.ii.§.ex his.

Nota ꝙ iure fori rex non p̃t da/
re heretico ſua bona q̄ fuerūt ꝯfiſca
ta ꝓpter ſuā hereſim.ſꝫ tantūmodo
ex miſericordia poterit donare ipſi
heretico viuenti iam declarato vige
ſimam partem valoris illoꝝ bonoꝝ
que ille hereticus amiſit ex delicto⁊
illa vigeſima debet eſſe de aliis bōis
et non debet eſſe nec extrahi de illis
bonis q̄ ſemel amiſit cum hoc hꝫ lo
cum in crīe leſe maieſ.vt fo. legū.ti.
de la guarda del rey.l.i.ergo a forti/
ori in crīe hereſis.cū magis ſit diui/
nam ꝙ humanā ledere maieſtatem
vide.ĩ.pena in margine.de hoc vide
.ĩ.in quadā ꝯſtitutiōe frederici.q̄ in/
cipit.gazaros.in ꝓn.vide.ĩ.ſalariuꝫ
.§.nota ꝙ vltra.et habet̃ in.c.vergē/
tis.de hereticis.ꝙ bona hereticoruꝫ
publicant̃:nec ad eos vlteriꝰ reuertā
tur niſi eis ad cor reuertentibꝰ et ab/
negantibus hereticoꝝ ꝯſortium mi/
ſereri aliquis voluerit vt temporalis
ſaltem pena corripiat quem ſpūalis
non corrigit diſciplina;

Nota ꝙ bona q̄ deferunt̃ in fiſcū
nemo poteſt impetrare ⁊ ꝯceſſio fa
cta ad petitionē alterius non valet.
ſecus ſi fieret motu ꝓprio principis.
vt.l.i.C.de peti.bono.ſubla.li.x.idē
ſi ꝓnceps dicat non obſtan.tali.l.vt
ibi bar.impetrans aūt punit̃.vt in.l.
omnes.eo.ti.montaluꝰ.in ordi.rega
li.ſuꝑ parte reſcriptum.ſuꝑ.§.item.
reſcripta.

Iteꝫ nota qn̄ bona alicuius ſūt
publicata ꝓpter delictum.et ſi poſt
ea ille cuius bona fuerūt publicata.
fuerit reſtitutus quo ad famaꝫ.nūc
queritur an illa bona q̄ fuerūt pub/
licata debeāt ſibi reſtitui eo ꝙ eſt re
ſtitutus in famam et dicendnm ꝙ ſi
bona iſta retinet fiſcus vel aliꝰ noīe
ſuo iſto caſu talis reſtitutus infamā
debet habere bona.Sed ſi fiſcus iā
fecit de his bonis mercedem iſto ca
ſu licet ſit reſtitutus quo ad famam
non tn̄ quo ad bona dictū eſt bar.i
l.i.ff.de bonis dānatoꝝ.et ange.in.l
ſed ſi hac lege.i.§.liberos.ff.đ in ius
vo.et glo.q̄ vult ſentire hoc.in.l. gal
lus.in.§.quid ſi tantum.ff.de libe.et
poſthu.a ſimili illius glo.et ibi bar.
nam reſtitutio non tollit ius alteri q̄
ſitum.vt ibi.

Item vtrū habētes de bonis ali/
cuius dānati ꝓpter crimen eiꝰ et po/
ſtea reſtituti per ꝓncipem ad bona
ſua teneant̃ reſtituere.R.ge.in.c.ꝙ/
uis.de reſcript.li.vi.ꝙ aut reſtitutio
facta p̃iudicat iuri q̄ſito.Tertio qui
ea legittime habuerat.⁊ ſic nō tene/
tur reſtituere q̊ ea habuit.qꝛ nō fit in
tegratio in tali caſu.et iſte eſt caſꝰ di
cti.c.ꝙuis.et in iuribus allegatis. in
glo.ibidem.et faciūt no.ꝑ bar.⁊ bal
in.l.gallus.§.et quid ſi tantū.ff.đ li/
ber.⁊ poſthu.aut ꝑ reſtitutionē ꝓnci
pis tali factā nō p̃iudicatur:niſi ip̃i
ꝯcedenti.⁊ ſic reintegrat̃ ad oīa que
amiſerat.et ſic oīa ſunt ſibi reſtituē/
da.⁊ ſicut ꝓcedunt iura allegata pro
alia parte.in dicta glo.ar. c. dilecti.
de dona.cum ibi notatis. hoc tenet
Io.de imo.Et nota ꝙ iſta faciūt ꝓ
legittimato poſt mortem teſtato/
ris vt nō p̃iudicet veniētibꝰ ab inte/
ſtato etiā ſi nō adierunt hereditateꝫ
qꝛ talis legittimatio eſt q̄dam reſti/
tutio natalis.l.fi.C.de nata.ſecus ſi
ante mortē teſtatoris q̊a p̃iudicat.qꝛ
nullū ius adhuc habebat.l.pꝰ emā/
cipationē.ff.de liber.lega.

Nota ꝙ qn̄ filii vł heredes vł alii
impetrant mercedē a ꝓncipe de om
nibus bonis alicuiꝰ heretici ꝯdēnati
ꝙ ꝓpter illā mercedē non recupera
bunt̃:niſi tantūmodo bona ſtantia
et non illa que iam ꝯſumpta ſunt ⁊
gratia facta per ꝓncipē nō intelligit̃
niſi ſolūmodo de bonis ſtantibus⁊
non de iam ꝯſumptis.ita tenet ab.
in.c.qꝛ diligentia.de electione. in fi.

Sꝫ vtrū omnis hereticus perdat
bona.et reſpondēdum ꝙ aut eſt he/
reticus ſtricto modo:aut largo mo
do.ſi ſtricto modo perdit bona.et ſi
largo modo non perdit bona. quia
ex hoc ſequeretur ꝙ multi clerici ꝑ/
derent bona poſt ſententiam ratio/
ne ſimonie.que ꝓma et p̃cipua here
ſis eſt.et omnia crimina in compa/
ratione illius quaſi pro nihilo repu/
tātur.vt.i.q.vltima.c.fi.verius vide/
tur de hereticis ſtricto modo intelli/
gendum.

Item quibus caſibus apoſtata
non perdat bona ſua.nota.in.c.con
ſtitutus.et ibi glo.et archi.et docto.
de regu.iuris.in.vi.bal.in.l.fi.ad fi.
in v̊.vlti. et in v̊. huius vero. C. de
epiſcopis et clericis.

Sed an ſint aliqui caſus in qui/
bus bona non auferantur a filiis ꝓ/
pter hereſim parentum. Et dicendū
ꝙ ſunt duo caſus.Primus quando
ipſi filii reuelaſſent ſponte delictum
patris.vt.C.ad.l.iul.maieſta. quiſ/
quis.Idem habetur in quadam cō

ſtitutione Frederici imperatoriſ que
incipit Commiſſi.§.ceterum.et.§.ne
qȝ quid. Secundus caſus eſt quan/
do ipſi filii eſſent catholici ſe tanto
tp̄re poſſediſſent ꝙ ea p̄ſcripſiſſet hiſ
ꝯcurrētib⁹.et q̄ habent ex̄.e.c.ſi.li.vi.
de quo vide.j.confiſcatio.et.j.filii.

Sed an bona reſtituantur hereti
cis reuertentibus ad fidem.vel eorū
filiis.et reſpondetur ꝙ de iure nouo
non reſtituitur eis aliquid niſi ex mi
ſericordia relinquatur.vt i.c. vergen
tis.de hereticis.et in.l.quiſquis. C.
ad.l.iul.maieſta. Et puto ꝙ iſta mi
ſericordia poſſit heri ab illo ad queȝ
deuoluūtur bona per confiſcationē
vt ex̄.de hereticis.c.excōmunicam⁹.
lo.primo.et diſtin.viii.quo iure. ſm
ray.et in ſum.confeſ.q.iiii.

Et qn̄ fit gr̄a ⁊ dat gr̄a bonoꝝ ꝑ
fiſcū ill' q̇ tpe gr̄e venerūt ad ſe recōci
liandū.d q̇b⁹ bōis intelligat illa gr̄a
vide.j.gr̄a.§.nota ꝙ gratia.

Item notādum ꝙ ſtatim ꝙ epi/
ſcopus vel inquiſitor viderit ꝙ veri/
ſimiliter bona venient publicanda:
faciet ipſa annotari et deſcribi et de/
mum ſcientes ad ea cogit indicāda.
vt. C.de bonis preſcript.l.ſi quis in
ea. C.de iure deliberan.l.ſcimus.§.li
centiam.et de his que ad dictas con
fiſcationes.l.poſſunt.§.ſicubi. cū ſi.
addat.ff.de ſeruis fugi.l.iiii.

Sed vtrum iniquiſitor poſſit fa/
cere gratiam ſuper bonis hereticorū
Et reſpondetur ꝙ ſi damnauit here
ticum eo ꝙ non redit tempore gra/
tie ꝙ tunc nō poterit ſibi facere gra/
tiam.quia iſta pena condemnatio/
nis bonorum infigitur a iure dam/
natis de hereſi.et ideo non poteſt ꝑ
iudicem remitti.quia pena deſtina/
ta a iure non relinquitur arbitrio iu
dicantis.vt.j.pena.et de penis here/
ticoruȝ. Sed ſi ipſe qui redit tempo
re gratie recipitur ad miſericordiam
poteſt iudex facere gratiam ſuꝑ bo/
nis.vt in.c. vergentis. de hereticis.
imo hodie de neceſſitate licet epiſco
po vel inquiſitori redeuntibus face/
re gratiam et dimittere eis bona. q̇a
ex quo ſponte redeunt tempore gr̄a/
tie bona non ſunt eis auferenda .vt
extra de hereticis.c.accuſatus .li.vi.
.§.porro.et nota.ibi per archi.qui al
legat auctm.vt cum.de appellatio.
cognoſcen.§.generalem.et.§.ſi vero.
cum ſequē. Sed pone eo caſu ꝙ in/
quiſitor non poteſt vel non vult fa/
cere gratiam ſuper bonis ſed ille de
cuius bonis agitur . habet filios an
poterunt ipſi filii impedire adeptio
nē ipſoꝝ bonoꝝ.vide.j.filii.§.an filii
poſſint ip̄edire ꝯfiſcationeȝ bonoꝝ.

Sed ſi heretici conuertantur nū
quid reſtituentur eis vel eorum filiiſ
bona.dicendum ꝙ non.ſed ipſo iu/
re omnia ꝯfiſcata ſunt.vt ex̄.eo.ver/
gentis.et.c.cum ſm.in.vi.eo.ti.niſi
eis ad cor reuertentibus.et abnegan
tibus hereticorum conſortium miſe
reri aliquis noluerit.dicto.c.vergen/
tis.vide in ſumma baptiſtiniana .§.
inditione hereticus .§. penul.vide.j.
confiſcatio.§.gazaros.

Item an omnia bona heretico/
rum veniant confiſcanda ratione ip
ſius criminis.vide.j.confiſcatio.

Sed an ſint ipſo iure bona here/
ticoꝝ ꝯfiſcata a tp̄re cōmiſſi delicti.
vide.j.ꝯfiſcatio.§.i.⁊.j.i inſtructioni
b⁹ inq̇ſitionis.inſtructione.x.

Item an bona fautorum creden
tium receptatorum.defenſorum.he/
reticorum ſint confiſcata ſicut bo/
na hereticorum.vide.j.cōfiſcatio.

Itē cui veniant confiſcāda bona
clericoꝝ hereticoꝝ.vide.j.ꝯfiſcatio.

Item an propter delicta clerico/
rum bona eccleſiaruȝ vbi illi qui de
prehenduntur in hereſi commoran/
tur veniāt ꝯfiſcāda.vide.j.ꝯfiſcatio

Item cui applicentur bona lai/
corum.eccleſie temporali iuriſdicti/
ni ſubiecti.vide.j.confiſcatio.

Item an bona eorum qui ꝑ an/
num ſteterunt in excommunicatio/
ne per contumaciam applicentur fi
ſco.vide.j.confiſcatio.

Item an bona hereticorum poſ/
ſint preſcribi ab eis vel a filiis et he/
redibus ſuis.vide.j.confiſcatio.et.j.
preſcriptio:et.j.filii.

Item cui applicabuntur bona
laicorum hereticoꝝ.vide.j.ꝯfiſcatio

Sed bona hereticorum licet ſint
confiſcata a tempore commiſſi deli
cti.vt.s.non tamen occupantur per
fiſcum ante declarationē et ſine mā
dato inq̇ſitoꝝ.vt.j.confiſcatio ⁊ ha
betur.xxxiii.inſtructione inq̇ſitioniſ

Item quando receptor fiſci vult
vēdere aliq̄ bōa pertinētia fiſco nō
poteſt vendere nec accipere pecuni/
am de dictis bonis:niſi in preſentia
duorum notariorum.vt habet.xxxv
inſtructione inquiſitionis .

Nota quando bona alicui⁹ ſunt
publicata propter delictuȝ commiſ
ſum an intelligantur bona que po/
ſtea habuerit.vide.j. confiſcatio. in
.§.nota.in.l.ſi mandauero. Et nota
ꝙ bona futura licet non veniant in
publicatione.vt.j.confiſcatio.tamē
auferuntur condemnato per fiſcuȝ.
tanꝙ ab indigno.bar.in.l.i.in fine.
C.de hereticis.et in.q.ſtatuto ciui/
tatis lucane.ſm quoſdam.et lau.fa
no.in.l.in quorum.in.vi.col. de pi/
gno.et gl.in aut.d armis.i p̄n.in v̇.
armamēto.ſȝ ē gl.ꝯria i aut.vt cū.d
ap.cog.§.aliud quoqȝ.i v̇.ſi q̇s d p̄/
dictis.i v̇.ſcriptis.vide bar.in.l.ſi q̄ d
his q̇ ſūt ſui. Itē verū niſi d p̄nti nō
ſint bona q: tūc etiā futura veniūt.
ange.in.l.iii.§.ſi ꝓcurator.ff.ꝙ q̇ſqȝ
iur.adde etiā i materia pau.d caſ.i/
Sȝ bonoꝝ publicatio ꝯſi.xxx.
nō extēdit ad bona futura:niſi dica
tur ab.in.c.clīc⁹.de iureiu.et i publi
catiōe bonoꝝ ſolū veniūt p̄ntia.ab.
in.c.cum aliq̇bus.de re iudi.

Sȝ bōa dānatoꝝ deuoluunt ad
herdes.niſi i crie leſe ma.et i crie he
reſis no.gl.et doc.i.c.i q̇buſdā.d pe.
idē i crie ingratitudis.et ibi tex.et in
falſante lr̄as p̄ncipis.vt in.c.ad fal/
ſarioꝝ.de crie falſi.vid bar.i.l.i.ff.de
bonis damnatoꝝ

Itē bona hereticoruȝ ſita in alia
dyoc.ex dyoc.ꝙ delinquerūt cui ve
niant applicanda.vide.j.cōfiſcatio.

Itẽ q̇ mutauit domiciliũ poſt cõ/
miſſum domicilium bona taliũ cui
veniant applicãda.vide.ĩ.ꝯfiſcatio
Item nunq̇d bona hereticoꝝ de
functoꝝ q̇ poſt mortẽ inueniunt cõ
miſiſſe hereſim an poſt mortẽ eoꝛuꝫ
veniant ꝯfiſcãda.vide.ĩ.ꝯfiſcatio.
An bona charitatiua et elemoſy
nas q̃s ipſi heretici faciũt ꝓſint illis
quo ad deũ:vel quo ad penã releuã
dam.vide.ĩ.elemoſyna
Itẽ infra qḋ tẽpus poteſt agi ꝯ he/
reticos defũctos ad hoc vt bona eo
rum ꝯfiſcent et occupent.vide.ĩ.de/
functus.et.ĩ.confiſcatio.
Itẽ an ipſo iure a tẽpore cõmiſſi
delicti ꝑderunt adminiſtrationẽ bo/
noꝝ ipſi heretici.vide.ſ̃.admiſtratio
Itẽ an ipſo iure heretici nõ poſ/
ſint alienare bona a tp̃re cõmiſſi de/
licti.vide.ſ̃.alienatio
Itẽ q̃liter bona hereticoꝝ debeãt
diuidi.vide.ĩ.diuiſio.et.ĩ.ſalarium.
Itẽ an bona hereticoꝝ ꝯfiſcata
in foro ꝯſciẽtie licite et ſine peccato
poſſint emi.vide io.an.de immu.ec.
c.fi.li.vi.et docto.in.c.quia pleriqꝫ.
eo.ti.vbi ꝑ inno.vide.ĩ.fiſcus.§.an i
foro conſcientie.
Sed bona clicoꝝ pauperũ ſunt.
vt.ĩ.clericus.
Sed bona ſequi ſolent ꝯditionẽ
ꝑſone dãnate.vt.C.ḋ bonis preſcri.
l.aut bona.

## Bonus bona bonum

Nota ꝙ boni ſemꝑ patiunt ꝑſe/
cutionẽ a mal.vt.iii.q.i.nulli dubiũ
Sed bonũ ſcienti et non facienti
malũ eſt.de pe.diſ.iiii.§.finis.⁊ diſti.
ii.ſi enim.
Sed alia eſt perſecutio bonoꝝ ⁊
alia maloꝝ.vt.xxiii.q.iii.ꝑ mẽbris.
xxiii.q.iiii.qui peccat.et.c.nimiũ ſũt.
Sꝫ an boni debeãt tollerare ma
los.vide.ĩ.mali.
Sed an bonꝰ zelus excuſet malũ
factũ in delictis.et dicendũ ꝙ bonꝰ
zelus:nec ignorantia in delictis nõ
excuſant a peccato. quãtomagis in
hiis que ſunt prohibita. vt patet i.c.
ii.de ſortil.et.xxvi.q.v.ſortes.et de ſi
monia.c.per tuas.lo.iii.⁊ an talia ex
cuſent.habet.i.c.i.de p̃ſumpti.et.C.
de iniuriis.ſi non conuicii.et.C.de
ſicca.l.i.et.l.plagi.C.de plag.ꝑ doc.
ſecus autem ſi aliquid fiat qḋ nõ ſit
a iure prohibitũ:ſiue illicitũ.vt in ſu
pradictis iuribus.et de accuſa.cum
dilecti.et de re iudi.c.ii.vnde iſto vl/
timo caſu p̃ſumitur q̇s in dubio ha
bere animũ faciendi id qḋ nõ cadit
in delictum.vt no.bar.ff.de no.ope
ris nunci.l.non ſolum.§.ſed vt ꝓba
ri.et bal.C.de ꝓbati.l.matrem.⁊ ꝑ
pe.de ancha.in.c.fi.in fi.de accuſat.
li.vi.et per Anto.de bu.in clemẽ.fi.
de reſcrip.Nam vt volunt doctores
et concludit ideꝫ An.in allegato.c.
ii.de ſortilegiis.vide.ĩ.excuſari. ideo

## Prouiſo ſolerter.

Itẽ bona intentio malũ opꝰ nõ
excuſat.nã qui hanc intẽtionẽ male
accipit vt bene diſpenſet potius gra
uatur q̃ iuuat.vt.i.q.i.nõ eſt.et.xiiii.



q.v.forte.et.xxii.q.iiii.ſi ad peccatũ
ſic enim intẽtio mala facit bonum
opus non valere.nã homicida eſt q̇
ſponte occidit quem iudex iubet oc
cidi.xxiii.q.v.cũ miniſter.Ideo

## prouiſo ſolerter

Sed nullꝰ eni ſe debet iactare de
nis q̃ facit ne cadat.vt.vi.q.i.imitare
Sed boni quandoqꝫ ꝑſequũtur
malos nõ cauſa nocẽdi ſꝫ ꝓficiendi
xxiii.q.iiii.ſi eccleſia.⁊.c.q̇d crudele

## Brachium ſeculare

Po/
teſt inuocari per inquiſitores ꝓ expe
ditione negocii hereſis fauore fidei.
et poſſunt inquiſitores cõpeſcere cõ
tradictores per cenſuram eccleſiaſti
cam.vt in.c.vt officiũ.§.penl'ti.li.vi.
⁊ ibi per docto.Et iſta poteſtas fuit
conceſſa inq̇ſitoribus per quaſdam
litteras apoſtolicas ⁊ ita poſſunt cõ
pellere contradictores.vt dictũ ẽ ap
pellatione remota.non obſtantibuſ
priuilegiis conceſſis quibuſcunqꝫ ꝑ
ſonis vel religioſis vl' ordinis vl' ſpe
cialiter vel generaliter ſub quacũqꝫ
forma verboꝝ conceſſis vl' impoſte
rum ꝯcedendis.et poſſunt ſic cõpel
lere vt veniant teſtes vltra duas die/
tas.licet in aliis cãibus nõ poſſit iu/
dex cõpellere vltra duas dietas veni
re.vt ex̃.de reſcꝑ.nõnulli. vbi cauet
ne q̇s ꝑ lr̃as ap̃licas poſſit trahi ext̃
duas dietas ex̃ ſuaꝫ dyoc.vt ex̃.c.vt
officium.de hereticis.li.vi.
Sed an delegatus poſſit ꝓ defen
ſione iuriſdictionis ſue ſicut ordina
rius implorare ſeu inuocare brachi/
um ſeculare in auxiliũ.archi. tenuit
ꝙ non.xxiii.q.v.adminiſtratores.de
hereticis.vt officiũ.li.vi.not.in.c.de
cauſis.de offi.dele.faciunt.no.in.c.
i.de offi.ordi.et in.l.epiſcopale.C.de
epiſco.audi.Inno.et docto.de offi.
dele.ſignificaſti.tenẽt ꝙ ſic.adde ad
materiam qḋ no.glo.et ibi docto.in
c.fi.de deci.vbi videt ꝙ hoc nõ poſ
ſit niſi ſpecialiter cõmittatur.vel ni/
ſi eſſet tanta rebellio ꝙ per cenſuraꝫ
eccleſie non poſſit ꝓuideri. de quo ẽ
quedam extraua.bonifacii octaui.
Item adde qḋ no.laud. in cle.i.de
offi.dele.et ibi domi.cardi. florenti.
in.iiii.q.et qḋ no.inno.in.c.cum ſa
tis.de offi.archi.
Qui ſint tradẽdi brachio ſecl'ari.
vide.ĩ.hereticꝰ.⁊.ĩ.relapſꝰ.et habet i
q̃dã extrauagãte alexãdri pape.que in
cipit.nouerit vniuerſitas.
Sꝫ an q̇ ſunt tradẽdi brachio ſe
culari debeant moneri vt ꝯfiteantur
errores ſuos.vide.ĩ.monitio.
Sꝫ q̃ ḋ cauſa brachiũ ſcl'are poſ
ſit inuocari ꝑ eccleſiã.et dicẽdũ ꝙ ſi
cut int iudices ſcl'ares obſuat ꝙ vbi
vires vniꝰ nõ ſufficiunt ꝙ ille poſſit
iplorare auxiliuꝫ altiꝰ vt poſſit exeq̇
iuſtitiã ſue iuriſdictiõis.de hꝰ habet
tex.in.l.ſi q̇s in hoc genꝰ.C.ḋ epiſ.⁊
cle.et q̄ iudices ſecl'ares inuocãt in
ſubſidiũ auxiliũ eccleſie vbi ꝑ ſe nõ
poſſũt ſuos ſubditos domare.vt nõ
Inno.in.c.licet ex ſuſpecto.de foro
cõpe.Et ex hoc poterit ſumi limita
tio ad oĩa iura q̃ dicunt ꝙ iudex ec/
cleſiaſticus debet recurrere ad auxi/

lium iudicis ſecularis quando opꝰ
eſt.vt.xcvi.diſ.cum ad verum.xxiii.
q.v.ꝑncipes.et de offi.ordi.c.i.et eꝫ
iudex vel poteſtas ſecularis recurrit
ad eccliaſticū iudicē. nam vna ps ꝑ
aliā iuuatur.x.diſ.c.qm̄.ad qđ etiaʒ
faciūt nōta ꝑ inno.in.d.c.lʒ ep̄s.de
foro cōpe.et in.d.c.i.đ offi.ordi.et ꝑ
illa iura intelliges notata per bar.in
l.vnica.in prin.ff.ſi quis ius di. non
obtempe.vbi dicit ꝙ etiā inter ſecla/
res iudices poteſt vnꝰ implorare au/
xiliū alterius potentioris.C.de hiis
qui latro.occul.l.ii.omnia iſta debēt
intelligi modo p̄dicto ⁊ per eundeʒ
modū limitabis etiā notata ꝑ vincē
tiū.et io.an.in.c.per venerabilē.§. ra
tiōibꝰ.qui fi.ſunt legit.de hec vide.j̄
quādo cōmittitur aliqua cauſa vni
epiſcopo ⁊ ſunt duo electi.

Sed an diuinatores et ſortilegii
ſint tradendi brachio ſeculari.vide.j̄
diuinatores.et.j̄.đ ſortilegiis.et.j̄.mi
ſericordia.

Itē an et quādo demones inuo
cantes tradant̄ brachio ſeculari.viđ
.j̄.demō.§.his ſuppoſitis.v̄.ſi auteʒ

Sʒ an brachiū ſeculare poſſit in
uocari:tā per delegatū ꝙ per ordina
rium.nō.inno.de offi.delega.ſignifi
caſti.Inno.et Io.an.de offi.ordi.c.
i.vbi plene de ſtatu regula.c.i.li.vi.
de hereticis.eo.li.c.vt officiuʒ et ibi
vide.

Sed an clerici qui ſunt tradendi
brachio ſeculari ſint prius degradan
di ſuis ordinibus.vide.j̄.clericus. et
.j̄.degradari.et in extrauagante ale/



xandri pape.que incipit. Vniuerſi/
tas.et in.c.ad abolendam. extra de
hereticis.§.i.

Item an omnis degradatus tra
datur brachio ſeculari.vide in dicto
c.ad abolendam.et.j̄.quando cleri/
cus veniat degradandus et traden/
dus brachio ſeculari.

**Cadaueri.** An debeat
fieri iniuria.et circa hoc eſt
notandum ꝙ ſi contra vi/
uentē eſſet accuſatio inſtituta.et an
teaꝙ ſibi inferreretur mortuus exti/
tiſſet ꝙ tunc non eſſet in eius corpuſ
aliqua iuſtitie executio fiēda.per te/
xtum notabilem.in.l.defuncto.ff.đ
publi.iudi.exquo manifeſte conuin
cunt̄ errare aſſeſſores ſeu iudices ma
leficiorum qui in defunctos faciunt
executioneʒ pene capitalis ⁊ hoc te
net ange.in dicta.l.defuncto.et facit
ad idem per Cy.in.l.ii.C.qui teſta.
face.poſ.Caueant igitur ab hoc iu
dices alias tempore ſindicatus con/
ueniri poſſent tanꝙ inferentes iniu/
riam cadaueri.vt in.l.i.§.quotiēs.ff.
de iniuriis.dicit tamen Io.dino.i.d.
l.defuncto.ꝙ quandoqʒ de facto p̄
ſertim in grauibus delictis.et vbi eſ/
ſet talis conſuetudo tolleranda eſſet
in odium et deteſtationem criminis
et propter facti memoriam.ar. eius.
qđ habetur.xv.q.i.mulier.vbi etiaʒ
animal irrationale punitur propter
facti memoriaʒ.et ar.eius qđ habet̄
i.c.cuʒ ad monaſteriū.de ſta.reg.vbi
monachus qui in morte nō reſigna



uit pecuniam quam tenebat tanqʒ
propriam ſine conſenſu abbatis iu/
betur ſepeliri extra cimiteriū cuʒ ip/
ſa pecunia in ſtercolinio in ſignuʒ ꝑ
ditionis.vide.j̄.defūctus.in.§. ſupra
dictum eſt.et.j̄.executio.in.§.quali/
ter autem.

**Calumnia.** An ſi accuſās ali
queʒ de hereſi ſuccumbat eo ipſo ꝙ
non probat cōuincatur propter hoc
de calumnia:ſicut in aliis criminibꝰ
Et circa hoc abbas in.c.cum dilectꝰ
de calum.et idem tenet bar.in.l.i.ad
turpilianū.et in.l.athletas.§.preua/
ricator.ff.de his qui notan.infa.ibi
eſt glo.ſingularis quibus iuribus ꝓ
batur ꝙ talis non probans conuin/
citur de calūnia. Tamen excipiun/
tur iſti caſus ꝙ licet non probet:nō
videtur calūniare. Primo quando
quis accuſat ex neceſſitate officii.vt
in tutore.vt.l.ii.C.qui accuſare non
poſ.Secundo quando ex neceſſita/
te hoc facit.vt quia heres.eo ꝙ tene
tur vendicare necem defuncti.vt.l.
cum fratrem.C.de his qui.vt indig.
Tertio ratione immenſi doloris.vt
quando maritus accuſat vxoreʒ de
adulterio.vt.l.Quis.C.đ adul.Quar/
to propter immenſitatatem delicti.
vt quādo quis accuſat de falſa mo/
neta.nā vt facilius reperiatur acuſa
tor ius non vult vt deficiens incōti/
nenti p̄ſumatur calūniari.vt.l.i.C.đ
fal.mone.Itē fallit ſm bar.ratione
infamie.vt ſi accuſatꝰ erat infamatꝰ
de delicto.vt in.l.miles.ff.de adult.



Itē ſi audiuit illuʒ crioſuʒ a fidedi/
gnis.ſecus ſi a vilibus facit.c.inqui/
ſitionis.de ſenten.excō.Itē ſi teſtes
decipiunt accuſatorē.quia ꝓmiſerūt
teſtificari et defecerunt.et eſt glo.ii.
q.iii.paulum.Item fallit ſi ſemiple
ne accuſator probauit ſcđm Vincē.
et Io.an.in.c.cum dilecti.de electi.
et ſpe.in ti.de accuſatio.ad fi.in his
ergo et ſimilibus caſibus licet quis
deficiat in probando:non preſumi
tur ſtatim calūniare.ſed iudex ex of
ficio ſuo debet inquirere vtrum fue/
rit calūnians.⁊ ſi euenerit euidenter
calūniam puniet calūniatorem etiā
in iſtis caſibus.vt i preall.l.i.ad tur/
pilianum.et no.glo.in preallegato.
c.§.preuaricator.vide.j̄.defunctus.⁊
.j̄.denunciatio.

**Canonizatus.** Superiꝰ di/
ctum eſt an liceat adorare aliqđ cor
pus hominis qui homo nōdū erat
canonizatꝰ ⁊ an tales ſic faciētes de
dep̄hēdāt̄ i hereſi ꝓpt talē adoratio
nē.et ꝓſequēdo materiā.vt.ſ̄. adora
tio.dicēdū ꝙ tl'es nō dep̄hēdūt̄ ꝓpt
tale errare i fide lʒ poſſint dep̄hendi
i facto.et đ hᵒ nihil ad inq̄ſitionē.vt i
c.accuſatꝰ.§.ſane.de her.i.vi.inno.⁊
hoſ.ex̄.đ reli.⁊ ve.ſan.c.i.in fi.vbi đr
ꝙ liceat vnicuiqʒ i ſecretū adorare đ
functū quē reputat eſſe bonū et eſſe
ſaluū ꝓ eo ꝙ fundat preces ꝓ eo ad
deum.vt ibi patet in commentis eo
rum.Sed tamen ſi iſti tales publi/
ce et palam adorant non canoniza
tum et eum venerantur male faciūt

et tales ab huiuſmodi veneratione
abſtineant donec canonizetur et ab
eccleſia approbetur.ꝙ nota.pro fra
tre didaco de alcala. qui venerabaẗ
ante canonizationē eius.Et ſi tales
moniti nō abſtineant ab illa publi/
ca veneratione debent per ſuū epūz
penitus coerceri.quia faciunt qđ eſt
ꝓhibitū fieri publice.vt.xi.q.iii.ſi qˢ
hominē.ex.de reliquiis ſanctoruz.c.
i.et.ii.Nec quis excuſareẗ ꝑterea eo
ꝙ dixiſſet vidiſſe tale corpꝰ feciſſe mi
racula.vt accidit etiam in regno ara
gonum de ꝑncipe dn̄o karolo .Naz
aliquando miracula vel que aſſimi/
lantur miraculis fiunt demonis po
teſtate qui conatur et quotidie ſata/
git populum decipere.vt.xxvi.q.i.c.
pe.in fi.et circa hanc materiam vid
qđ no.Jo.an.ex.de reliquiis et ve/
nera.ſancto.c.i.li.vi.in glo.que inci/
pit ſolus.

Sz iſte leges ſunt canonizate in
decretis.l.ſciant.C.de ꝓbati.que ha
betur.ii.q.viii.ſciant.Item.l.aut fa
cta.ff.de penis habetur.de pe.diſ.ii.
c.fi.aut facta.Item.l.ſi quis.C.ad
l.iul.maieſ.et habetur in decre.vi.q.
i.et incipit.ſi qˢ cū militibus.Item
auẗ.quas actiones.C.de ſacro ſan.
eccleſi.et habetur in decre.xvi.q.iii.
quas actiones.

**Captura** Pro crimine fieri nō
poteſt:niſi prius ſummatim conſtet
iudici de crimine commiſſo . vel de
ſuſpitione.ſm bal.in.l.ꝙ euitandi.
in fi.C.de condi.ob tur.cauſam.

Item an conuentus ſeu citatus
ſuper crimine poſſit capi ⁊ facere in
carcerari per iudicez.et reſpondetur
ꝙ regulariter conuentus ſuper crimi
ne poteſt capi perſonaliter et incar/
cerari preſertim quando delictuz eſt
maximū:ſicut eſt in crimine hereſis
et apoſtaſie:et in crimine leſe maieſ.
de qua materia late per bar.in.l.fi.ff
ad.l.iul.repetunda.et in.l.i.ff.de cu/
ſtodi.reoꝝ.vide.j.citatio realis.

Sed an laicus poſſit capere cleri
cū.vide.j.laicus.

Sed nota ꝙ in crimie hereſis tā
epiſcopus ꝙ̄ inquiſitor vnꝰ ſine alio
in crimine hereſis deprehenſus po/
teſt capere et tute cuſtodie emanci/
pare.vt de hereticis.i cleme.multoꝝ

Sed capi poteſt ⁊ detineri ſuſpe
ctus de falſitate donec fuerit reperta
veritas.de quo in.c.memoriaz.xix.
diſ.ab.in.c.ii.de cri.fal.

Sed que forma debeat teneri cir
ca capturam.Et dicēdum ꝙ̄ de mo
re ſeruatur iſta practica ꝙ̄ i informa
tione prohibita per iudicem de ma/
leficio et malefactore ſine alia cita/
tione verbali precedente mittunt in
dices ad capiendum reum: ſi crimē
ſit enorme.quale eſt iſtud qđ cōmit
titur in diuinam eſſentiam et ꝑmitti
tur iſta captura ne fugā arripiat cō/
ſcius de crimine.ita dicit Salycetus
in.l.ii.C.de exhibendis et introdu/
cen.reis.ꝙ debet probari per illuz te
xtum.preſertim iuncta glo . Et que
informatio ſit ſufficiens ad capturā
vide.j.informatio.



Item nota ꝙ poteſt capi fugiēs
ſi inuenitur in fragranti delicto etiā
ſine mandato iudicis.vt in.l.i.C.de
rapto.vir.et.l.ſi qˢ i ſuitute.ff.đ fur.

Item poteſt capi debitor quan/
do eſt fugiens.vt.l.ait ꝑtor.§.ſi debi/
torem.et qđ ibi notaẗ.ff.de his q̇ in
frau.credito.vide.j.citatio.

Sed an ſi captus ad penā vel ad
periculum mortis relaxetur iuramē
to ſuo.de redeundo ad carcerē certa
die.an teneatur fidem vel iuramen/
tum adimplere.et reſpondeẗ per gl.
ſingularē.in cle.paſtoralis.đ re iudi.
ſuper verbo violentiam . ꝙ ſi mors
erat iniurioſa.ideſt iniuſta.ꝙ non te
neatur redire.al's tenetur ſeruare fi/
dem vel iuramentum ꝙ fecit.ſcilicz
ſi eſt iuſta pena vel mors et non cō/
tra ius.ꝙ nota.

Sed nunc videndū eſt an epiſco
pus in ſua dyoceſi.ꝓ ceteris crimini
bus poſſit laicos capere et corpora/
liter coercere.et reſpōdetur ꝙ ſic.vt
eſt tex.cum glo.xxvi.q.v.contra ido
lorum. et. xvii.q.iiii.attendendum.
et de adulte.c.ii.de hec vide.j.epiſco
pus.et.ſ̈.arma.

Sed qualiter ſe debet habere al/
guazirius quando aliquis hereticus
ſe defendit ſuper captura.et dicēdū
ꝙ inuadi poteſt cum armis per mi/
niſtros iuſtitie.et ſi in illa defenſio/
ne talis hereticus occidatur cum ſit
illicita.nullam penam incurrent oc
ciſores.vt probat textus optimus in
l.ſi ſeruus.C.de his qui ad eccle.cō
fugi.nō enim ꝑmittitur iuſte inuaſo

ſe defēdere iuẍ no.ꝑ bar.in.l.vt vim
ff.đ iuſti.⁊ iuř.ꝙ ſine pena poſſit oc
cidi q̇ ſe defendit.tex.eſt in.l.nō quē
admodū.in.§.magiſtratꝰ.ff.ad.l.aq.

Itē nō nunq̇d ſi poſtꝙ̄ alguazi/
riꝰ portat captū ad executionē et exe
unt aliqui homines armati ad capi
endum ipſum quem alguaziriꝰ por/
tat ad executiōem iuſtitie.an ipſe al
guazirius vel ſui miniſtri poſſint ta/
lem reum interficere timore alioruz.
Et dicendum ꝙ nō.al's ſi aliquis ip
ſoruz ita interficiat puniretur pena
capitis.dictuz eſt bar.in.l.ſi quis in
laqueum.ff.de acquiren.rerum do/
minio.etiam eſt dictum bal.in.l.ad
itos.C.de appella.et bal.in.l.aditoſ
C.de epiſco.audien.et hoc veruz ni
ſi habeat ſpeciale mandatum a iudi
ce.vt in dicta.l.aditos.

Sed doctor capi non poteſt per/
ſonaliter.bar.in.l.medicos.C.de ꝓ/
feſ.et medi.li.x.

Nota q̄liter alguazirius vł execu
tor debent portare ſecum mādatuz
iudicis vel ſupioris qn̄ ipſe alguazi/
rius de mādato iudicis vult aliquē
capere vel facere executionē in hōis
alicuiꝰ.al's ſi non hz mandatū ꝓ ca/
ptura ⁊ ſecum non portat tēpore ca
pture vel executionis non poteſt ca
pere criminoſū.⁊ ex iuſta cā ſe poſ/
ſet ab eo defēdere.hꝰ nō.i gl.c.ex lr̄is
de of.dele.melius tamen habeẗ i.c.
cū in iure.eo.ti.vbi trahiẗ ꝙ ſi aliq̇s
eſt datꝰ delegatꝰ ab aliqᵒ et poſtea ipē
delegatꝰ excōicat aliquē ⁊ poſtea ex
cōmūicatus dicat ꝙ nō erat delega/

tus tunc ſi ſibi non oſtenditur qua/
liter habet mandatū non tenet excō
municatio:nec valet.et nota bñ iſtū
textū quia in corpore iuris non inue
nies ſimilē.

Item an hereticus confugiēs ad
eccleſiam vt non capiatur ab algua
zirio.gaudeat immūitate eccleſie ta
lit vt nō poſſit ꝑ alguaziriū capi ⁊ ex
trahi ab eccleſia. Et dicendū ꝙ he/
reticus non gaudet immunitate ec/
cleſie.et vbicunqȝ poteſt capi ad in/
carcerandū.ꝓ quo eſt glo.in aut.de
manda.ꝓnci.§.nunc autē.coll.iii.fa/
cit ad idem.tex.in.l.i.C. de his qui
ad eccle.confu.

Sed ſuperi⁹ dictū eſt ꝙ alguazi
rius vl' officialis executor debet ſecū
portare mandatū. Item ſciendū ꝙ
debet portare ſignū ꝑ quod cogno/
ſcatur ſicut virgā vel baculū.al's de
facto poteſt ei reſiſti.quia ꝓpter ta/
le ſignum cognoſcit ꝙ ſit officialis
publicus ad illud.ar.l. Item apud
labeonē.in.§.ſi quis virginis.ff.de in
iur.et bar.in.l.ꝓhibitū.ff.de iure fiſ.

**Caracteres** facientes et q̄ eis
vtuntur.an iſta ſapiunt hereſim.vid
.j.de ſapientib⁹ hereſim et de pena i
cantatoꝝ et vtentiū artem magicaȝ
et.j.hereticus.§.an intēdēs auguriis.

**Carcer** Ad quid fuit inuent⁹ et
dicendū ꝙ regulariter carcer fuit in
uentus ad cuſtodiā et non ad penā
vt.ff.de cuſto.reo.l.i.et.ff.de leg.i.l.
aut damnū.§.ſolet.C.de pe.l.incre/
dibiles.cum ſi.quandoqȝ tamen ad



penam fit carceratio.nam poteſt in
q̄ſitor deputare reuȝ duro carceri vl'
detrudere in artum monaſteriū im/
perpetuū vel ad tempus in penaȝ ⁊
afflictionem ſui corporis et in dete/
ſtationem ſui criminis. Et talis car/
ceratio perpetua ad tempus nō erit
ꝓprie pena heretici.quia pena hereti
ci. Alia eſt determiata a iure.vt.j.de
penis hereticorum.ſed talis carcera/
tio erit quedaȝ purgatio.ideſt pena
penalis.vt patet.j.de penis penali/
bus. Nā incarceratio et detruſio mo
naſterii fiunt.vt per hoc detruſus et
incarceratus peniteant de cōmiſſis.
et ibi appareat an ambulent in lucē
vel in tenebris et oſtendantur ſigna
penitentie et vere correctionis in eis
et an ſit ficta correctio vel penitētia
et ne ipſum pecus morboſum inter
homines exiſtentes interficeret alias
oues. Et ita ſunt intelligēda iura ex̄
de hereticis.c.pe.§.ſi quis crimen.et
eo.ti.vt cōmiſſi.li.vi. vbi de hoc ar/
chi.et de penis ꝙuis.li.vi. Et ita pa
tet in tex.ꝙ ex his duabus cauſis in
uētus fuit carcer.et ita inquiſitor p̄t
incarcerare ex cauſa cuſtodie ⁊ ex cā
pene ſiue penitentie.vt ex̄.de hereti/
cis.c.i.in cle.

Item que ſit differentia inter car
cerem qui fit ad cuſtodiā vel ad pe/
nam et eſt hec.ꝙ in inquiſitione epi
ſcopus ſine inquiſitore:et inquiſitor
ſine epiſcopo poſſunt icarcerare ad
cuſtodiam et ecōuerſo. Sed ad car
cerem penalem ſeu penitentie nō po
teſt inq̄ſitor ſine epiſcopo:nec ep̄us



ſine inq̄ſitore.vt in.d.cle.i.de hereti.

Sed nunc ſciendū quis poſſit in
carcerari.et dicendū ꝙ accuſat⁹ de
crimine debet incarcerari et detrudi
in carcerē.idē ſi veniat torquēd⁹.idē
ſi non poteſt dare fideiuſſores.hoc ē
reglariter in omnib⁹ criminibus.ſȝ fal/
lit in muliere.vt.C.de cuſ.reo.l.i.et
in aut.ibi poſita.et ibi bal. ſed in cri
mine heret.ſiue ſit vir ſiue mulier.p̄t
incarcerare ab inq̄ſitore.vt.j.dicetur
.§.ſe.et nō ꝙ accuſator in aliīs crimi
nibus debet cuſtodiri ſicut et accu/
ſatus.C.ꝑ.et glo.in.l.ſi.C.de accu/
ſatio.in pri.ſȝ in crimine hereſis nō
incarceratur.vt.ſ.accuſatio:

Quot modis et q̄b⁹ ex cauſ poſ/
ſit inquiſitor incarcerare inquiſitos:
vel ſuſpectos de hereſi.et iam ſupra
dictum eſt ꝙ poteſt incarcerare ad
cuſtodiam vel ad penā:ſicut op⁹ fue
rit.et primo caſu poteſt incarcerare
ad cuſtodiā qñ inq̄ſit⁹ preſentatur et
non eſt vehementer ſuſpectus.et nō
inuenit fideiuſſores:nam tūc p̄t euȝ
incarcerare ad cuſtodiam. Item qñ
de cauſa deteſtabili ſunt probatiōes
iam facte cōtra inquiſitū vel ipſe iā
eſt confeſſ⁹ crimē.ita ꝙ veniet puniē
dus et nō fideiuſſoribus permittēd⁹:
Item ſi forte inquiſitor nō eſt bene
inſtructus qua pena talis inq̄ſit⁹ ve/
niat puniend⁹.et ꝑ hoc vult ꝙ ex vin
culis cauſam dicat et cuſtodiatur in
carcere donec in primo caſu det fide
iuſſores.ſcȝ qñ eſt leuiter ſuſpect⁹ vl'
in ſcdo caſu declaret q̄ pena ſit puni
endus.vel an forte veniat abſoluen

dus quib⁹ oibus ſupradictis caſibus
interim detineri et incarcerari poteſt
vt.ff.de cuſ.reo.l.i.et.l.ſi ꝯſenſum:⁊
l.diuus.et talis carcer erit ad cuſto/
diam et non ad penam.

Que forma ſit tenenda per inq̄ſi/
tores cū hereticis incarceratis qñ di/
cunt ꝙ volūt ꝯfiteri ſuos errores.vi
de.j.in inſtructionib⁹ inq̄ſitionis. in
xi.inſtructione.

Item quotuplex ſit carcer.et di/
cendum ꝙ quadruplex. Prim⁹ eſt ꝑ
petue pene et huiuſmodi carceratio
eſt meri imperiī.q̄a illa pena equipa
ratur morti.vt nō Inno.de accuſa.
qualiter.el.iī. Secūd⁹ carcer eſt mo/
dice coertionis.vt cū iudex facit po
ni nuncios in cipis et iſte carcer non
eſt meri iperiī.ſȝ carcer iuriſdictiōis
q2 forte nūci⁹ ꝯtēpſit iuriſdictionē iu
dicis. Terti⁹ carcer ē cuſtodie ⁊ eiuſ/
dem ſpeciei cui⁹ eſt cauſa principalis
ſm guil.et bal.in.l.imperiū.ff.de iu/
riſdi.om.iudi. Unde ſi cauſa ſit pe/
cuniaria eſt iuriſdictiōis.et ſi ſit cria
lis eſt meri imperiī. Quart⁹ carcer ē
domeſtic⁹ qui nō eſt licit⁹ niſi in caſi
bus expreſſis a iure.vt.ff.de offi.p̄ſi.
l.diuus.et iſte carcer non eſt ſub ali
qua ſpecie iuriſdictionis.quia cōpe/
tit priuato.vt voluit bal.in.d.l.impe
rium.ex quibus ꝯcludi poteſt ꝙ ille
qui licite poteſt incarcerare quoquo
modo ſit:ex p̄dictis colligitur ꝙ po
terit conſtituere carcerem et per con
trarium q̄ nō p̄t carcerare non pote
rit ꝯſtituere carceres.et de hac mate
ria multiplicis carceris.vide bal.in

aut.ſi captiui.C.de epiſ.et clericis.

Sed nunc notãduꝫ ꝙ in ciuilibꝰ cauſis nemo eſt de domo ſua trahẽdus ad carcerẽ.vt.l.nemo de domo.ff.de regu.iuris.et.l.pleriqꝫ.ff.de in ius vo.ſed hoc non procedit in criali iuxta glo.dicte.l.nemo.

An delegatꝰ ab ep̃o vel capit̃lo ſede vacãte aut ab inq̃ſitore poſſit pſonalẽ capturã facere et incarcerare.et videt̃ ꝙ nõ.q̃a delegatꝰ nõ p̃t citare pſonalit̃ vt voluit glo.in.l.ꝯſentaneum.C.quo.et q̃n iu.ſ3 glo.in.l.ij.ff.de iu.om.iu.dicit ꝙ delegatꝰ principis hᵒ p̃t facere.et ſecꝰ aũt in delegato iferioris a p̃ncipe q̃ hoc nõ p̃t ãte li.ꝯteſ.ſ3 bñ carcerare p̃t poſt li.ꝯteſ ſed bar.ibi.in.l.pleriqꝫ.tenet delegatũ inferioris a p̃ncipe nequaꝙ̃ facere poſſe ꝑ tex.in aut.de teſti.§.ſi vo ignoti.vbi delegatꝰ nõ p̃t coercere teſtes nec eos torq̃re.nec obſtat ſcd̃m illũ tex.in aut.de exhi.re.§.ſi vo etiã vbi dr̃ ꝙ delegatꝰ nõ poſſit aliq̃d facere.q2 lis nõ eſt ꝯteſ.q̃ſi innuat ꝙ lite ꝯteſtate poſſet.q2 nõ vult hoc dicere.ſ3 d3 intelligi ꝙ ſi lis eſſet ꝯteſ: poſſ3 ꝑ eũ deueniri ad ſñiam etiã abſente reo.et ſic poſſet aliq̃d facere ꝑ q̃ videret̃ ꝙ cũ delegati p̃dicti d̃ quibꝰ ĩ q̃one p̃poſita ſint inferioris a p̃ncipe et nõ poſſent huiuſmodi capturam et incarcerationem facere.ꝯtrarium tamẽ poteſt dici eſſe verũ⁊ pro hoc induco tex.expreſſum.in.d.cle.i.§.i.de hereti.vbi aperte hoc probatur hoc etiam probari poteſt .q2 iſta ratione qua iſt̃d venit in generali delegatione facta per principem.vt patet in precedentibus.ſ.ꝙ p̃nceps poteſt hoc cõmittere que ſunt meri imperij.et videtur cõmiſiſſe tanꝙ̃ ſine q̃bus illuſoria videret̃ iuriſdictio delegati.et videtur idẽ dicendum in dictis inferioribus de iure cano.ſm ea q̃ ſunt meri imperij.q̃a ſũt delegabilia.vt de offi.ordi.q̃d ſede.et de rap.in archi.cum ſi.et ex dicta cle.i.ꝓbatur ꝙ ille q̃ h3 iuriſdictionẽ in crimine p̃t carcerare et carcerẽ creare ꝓ cuſtodiẽdis criõſis.et ꝓ veritate huiuſmodi.nota qualiter quadruplex eſt carcer.vt dictum eſt ſupra in.§.quotuplex ſit carcer.

Nunc videndũ eſt de forma q̃ debet teneri circa incarcerandos q̃ ſũt ſuſpecti de hereſi.et p̃mo tal̃ ꝯt̃ quẽ inq̃ritur d3 citari et ſi venerit et ꝯfiteatur ea de q̃bꝰ ꝯ eũ inq̃rit̃ ante accuſationẽ et anteꝙ̃ vinculet̃.p̃t cũ eo vti aliq̃ miſcđia.ſ. vt ſi det fideiuſſores ꝙ nõ incarceret̃.ſed hoc intelligẽdũ q̃n vere ꝯfitet̃ de ſe et de alijs cũ quibus crimẽ cõmiſit.al̃s ſecꝰ Ideo prouiſo ſolerter.et hᵒ etiaꝫ q̃n crimẽ nõ eſt graue Item p̃t inq̃ſitus poni in cõpedibꝰ.vt in.d.cle.i.de hereti.et in.c.vt inq̃ſitionis.in.vj.eo ti.ꝑ ãcha.et eſt ſpeciale in cã hereſiſ ſ.ꝙ iudex eccl̃iaſticꝰ poſſit incarcerare laicũ.vt in.c.vt cõmiſſi.de hereti.in.vj.et in cle.i.eo.ti.ſm domi.d̃ of.ordi.cũ ep̃s.li.vj.de quo vide.s̃.captura.et no.ſm pe.ancha.i.d.c.vt officiũ.de hereti.ꝙ ſi ꝯfeſſꝰ eſt hereſim d3 teneri in vinculis et catenis quãdo eſt graue illud crimẽ.de quo agit̃: vt in.l.ſi ꝯfeſſꝰ.ff.de decuri. et circa hoc facit tex.in.l.verũ eſt.de ṽ.ſig.⁊ hoc nõ.bar.i.l.i.ff.de cuſ.et exhi.re.

Nõ ꝙ incarceratꝰ accuſatꝰ de crĩe d3 cõparere in iudicio corã iudice vinculatꝰ.vt in.l.i.ff.an ꝑ alium cã appellationis.hoc abbas in.c. veniens de accuſationibus.

Itẽ nota ꝙ carcerato mortuo in carcere preſumitur dolus carcerãtis niſi probetur cõtrariũ.de hoc eſt gl.in.l.cum ita.ff.de lega.ij.in.§.ſpecieſ

Itẽ nõ circa formã incarcerationis ꝙ mulieres q̃ incarcerant̃ nõ debent poni in eodẽ carcere cũ maſculis.ſed ſeparate ab eis in alio carcere q2 periculoſa eſt ſexuũ cõmixtio. vt in.l.q̃m.et in aut.nouo iure.C.d̃ cuſto.reo.et in aut.vt nul.iudi.§.ſi vo.coll.ix.ꝙ d3 ſuari non ſolũ quo ad carcerẽ deputatũ ad cuſtodiam.ſed etiam in carcere deputato ad penaꝫ iuxta formam.c.penulti.de hereticiſ et.c.ꝙ̃uis.d̃ penis.libro.vj.ita tenet glo.in dicto.c.ꝙ̃uis.

